

mercium cum perterrefactis metu
intercipitur &c.

Revertor tecum ad pecunias, ut
ais, meas. Puto jam Bartschium
scripsisse, quo Fridius quieti com-
ponatur. Rescribere mei, eos 20. fl.
esse devolutos in Pastorem quen-
dam Tubingæ vicinum, qui solutu-
rus sit residuum nescio quando. In-
telligo hinc meos acceptasse procul
dubio solutionem hanc, eoque Fri-
dium esse liberum. De reliquo, cujus
spem facis, non est, cur ante dispo-
nam, quam in tua potestate sit.
Quicquid tamen erit, filio meo ad
actum Magisterii commodum ob-
veniet; hac solùm cautione, quam
te rogo; ut non sine consensu filiaë
meæ, quæ Durlaci est, Tubingam
mittas, si forte commodius Tubin-
gam transferre possis rectâ, quam
per Durlachium. Literas ad filiam (à
qua diu est cum accepi) adjunxi his

F 2

Nori-